

ut J E H O V A : vel personaliter, ut E L O -
 H I M : alia de subjecto prædicantur, ut E L,
 S C H A D D A I, creator, eisque æquipollen-
 tia reliqua, quæ vel de solo Deo dicuntur,
 vel de Deo & creaturis simul, modo tamen
 diverso; de illo modo excellentiæ, & inde-
 pendentia; de his modo dependentia, ut
 bonus, sapiens &c. 2. alia privativa sunt &
 negativa, quæ ostendunt, quid Deus non
 sit; alia affirmativa & positiva, quæ perfe-
 ctionem in Deo notant, & ad ejus cogni-
 tionem viam muniunt: Eaque rursus Deo
 tribuuntur vel propriè, vel impropriè per
αἰσθησιμότητα θεῶν, quæ non affectum in Deo,
 sed effectum Dei in creaturis significant.
 3. alia Deo ab æterno competunt, alia in
 tempore, quæ videl. relationem ad creatu-
 ras important, ut creator, redemptor.

5. Attributorum divinorum duo sunt
 præcipua genera; unum est *ἀκρίβητος* in-
 communicabile & absolutum, quod soli
 Deo ab æterno competit, cujus & vestigi-
 um in rebus creatis nullum apparet: alte-
 rum est quodammodo communicabile, &
 respectivum, quatenus scil. aliquid analo-
 gum rebus creatis inest, & respectum ad
 creaturas importat, quo Deus in tempore
 ad creaturas refertur.

6. Primi generis attributa sunt simpli-
 citas,